

Pius II. an Kard. Peter von Schaumberg, B. von Augsburg. Er informiert ihn über die Taten seines ehemaligen Familiaren Laurentius Blumenau, der Hz. Sigismund und den Brixner Klerus zur Missachtung der kirchlichen Zensuren verführt, häretische Irrlehren verbreitet und sich durch Flucht dem gegen ihn laufenden Prozess entzogen habe. Peter solle bei seiner Ergreifung behilflich sein.¹⁾

Kopie (gleichzeitig): SEVILLA, Bibl. Colombina, Hs. 5-5-19 f. 299^{rv}. Über dem Text: Sequitur breve sibi sub an(n)ulo piscatoris missum.

Erw.: Boockmann, Laurentius Blumenau 174 Anm. 325; Kristeller, Iter italicum II 618.

Pius papa secundus.

Dilecte fili. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum annos tres ab hunc dilectus filius noster N. sancti Petri ad vincula s.s. R. e. presbiter cardinalis episcopus Brixenensis insidiosam ac nefariam persecucionem a Sigismundo tunc Austrie duce in summum tocius catholice fidei dedecus ac iniuriam pateretur, 5 a felicis recordacionis Calisto predecessore nostro quedam apostolice littere emanarunt²⁾, quibus ipsi Sigismundo districte mandabatur, ut prefatum cardinalem infra dierum octo spaciū ita securum faceret, quod officium suum pastorale tuto posset exercere, et taliter, quod cardinali satisfaceret, alioquin omnem ipsius Sigismundi dominium et loco, ad que ipse satellitesque ac eius complices accederent, ecclesiastico supposuit interdicto. A quo meditans Sigismundus nolens, ut claruit, obedire, aliquem in iure peritum 10 diligenter perquisivit; qui Sigismundo de illudendis iure et pontifice ac minime parendo vias coloraret. Ad quod demum nemine alio invento Laurencius Blamenaw de Danczgk, eo tempore tue circumspencionis familiaris, ad hoc perpetrandum facinus artifex dicitur adinventus, qui dampnatissimam quandam et ab omni iure expulsam appellacionem Sigismundo swadens, ad ipsum Calistum et futurum concilium interpositam³⁾, imperitum clerum sub Sigismundo degentem seducendo iustum esse perswasit et de iure 15 retractantem obtinuit, quod illi miseri sacerdotes dicte frivole appellacioni adheserunt, ac si eidem subscripterunt.⁴⁾ Qui sacerdotes ab eo tempore citra in clavium contemptum divina, prochdolor, turpiter profanarunt.

Nuper vero, cum ipse Sigismundus detestandum abominabile sacrilegium commisisset per notorias hostiles persecucionem, captivacionem et bonorum rapinam prelibati cardinalis, de quo scelere certissimi 20 sumus tuam quoque circumspencionem incredibiliter doluisse, sacrum collegium et apostolicam sedem taliter violatam intuendo. Et ipse Sigismundus cum satellitibus et complicibus suis sese pro excommuni- catis aliquamdiu, ut debebant, habuissent.⁵⁾ Idem Laurencius, sathane filius, dum adesset Senis quarta die augusti proxime preterita, ubi in publico per nos habitu consistorio dicti Sigismundi satellitumque ac 25 complicum eius, quia personaliter secundum nostri monitorii⁶⁾ formam ad dicendum, cur in penas iuris et in dicto monitorio expressas incidisse non deberent, contumacia accusabatur, delusorium quoddam procuratorum exhibuit ac produxit, in quo ipsum esse missum ad insinuandam nobis quandam temera- riā ac profanam appellacionem⁷⁾ continebatur, pontifice videlicet male informato ad eundem melius informandum, in quo, quia superfluum erat et minime expediens, nos in re toto mundo notoria melius informari, frivolam illam, ut debuimus, appellacionem reiecimus et in causa ad declaracionem iure 30 cogente processimus.⁸⁾ Huius autem pretense appellacionis, ex eo, *quod* dictus Laurencius auctor creditur extisse, quia ipsa iterum ut alias swasu suo Brixinensem clerum, ut eidem adhereret, sediciose induxit.⁹⁾ Et ut rei, licet atrocis fabricator non erubuit presumere, quod ipsem nobis in faciem insinuat, ex hiis ac talibus sacrilege sceleritateque ac turpiter per Laurencium gestis prefatus cardinalis sancti Petri racionabiliter et vere elicit ipsum Laurencium suum clerum Brixinensem seduxisse profanas- 35 s(e)que et in gravissimis errore, rebellione et contemptu duci ac sedis apostolice posuisse petens a nobis contra ipsum causam committi prorsus interesse, quin eciam, cum ex ipsius Laurencii gestis vehemens sit suspicio ipsum de catholica ecclesia et eius doctrina sanam opinionem non habere, petebatur, quod commissarius eciam de eius fide cognosceret.¹⁰⁾

Commisimus itaque, ut petitum fuit, causam dilecto filio nostro P. tituli sancti Marci¹¹⁾ eiusdem ecclesie 40 presbitero cardinali, qui eum de fuga suspectum facit arrestari, sub perpetue infamie et centum marcha- rum argenti penis. Qui habita copia commissionis, simulans se honorem suum velle defendere, in dissi-

¹³ concilium: *em.* consilium. ¹⁸ detestandum: *em.* destetandum. ¹⁹ scelere: *em.* scellere. ²⁵ accusabatur: *em.* accusabitur. ³⁷ petebatur: *em.* petabatur.

mulato habitu in ipso solis occasu clam fuga arrepta in perpetuam infamiam et dictam incidit penam. Eius commissionis copiam tue mittimus circumspecctioni introclusam. Sed non modo, licet fugerit, contra ipsum proceditur, ymmo diligencius cum se ita fugiendo magis suspectum effecerit. Qualis autem habendus fuerit, per sentenciam declarabitur.

45

Nunc nostre intencionis et desiderii est, ut omni studio et diligencia tua illum haberi et incarcерari procures. Nam hec dampnatissima et falsissima sue opinionis corruptela, ne dicamus doctrina, quod censure non sint curande et quod iuris ac hominis latas excommunicacionis, interdicti et suspensionis sentencias appellacio suspendat¹²⁾ et quod ad hunc finem possit eaque ad futurum concilium et in notoriis quidem appellari, fundamentum est omnis heretice pravitatis et thocius (!) orthodoxe fide*(i)* et 50 catholice ecclesie submersio pariter et extinctio, per quam falsam et venosam decepcionem ipse Lauren-cius tot Cristianos a timore dei et censorum formidine avertit, tot animas decepit et tot scandala in illis partibus, que eidem fidem habent, suscitavit, ut omnes credant auctoritate Laurencii se iuste censuras non curare et apostolice sedis obedienciam, que est de necessitate salutis, impune co*(n)*temnere.

Faciat igitur prudencia tua exactam diligenciam in hac re pro dei nomine et apostolice sedis honore et 55 fidei christiane, que petit conservacione, quod quidem circumspecctionem tua*(m)* in meritum maximum et nobis ad complacenciam, quod accedit singularem atque, quid egeris, facito nos per litteras tuas cerciores. Datum Senis sub annulo piscatoris m^o cccc^o lx^o die xiii mensis augusti pontificatus nostri anno secundo.

Ja(copus) Papiensis 60

46 desiderii – et³: doppelt. | illum: em. illi.

¹⁾ Aus einem Schreiben des NvK an Kard. Peter von Schaumberg vom 12. Februar 1461 geht jedoch hervor, dass sich der Augsburger Bischof bei Kard. Pospero Colonna über das Vorgehen gegen Blumenau beschwerte; s. BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. Cus. 221 p. 167f.; künftig AC III 3.

²⁾ S.o. Nr. 5397 (1457 November 12).

³⁾ S.o. Nr. 5489 (1458 Februar 6). Die Appellation an ein künftiges Konzil erfolgte bei der Wiederholung von Nr. 5489 in München am 16. Februar 1458; s.o. Nr. 5508.

⁴⁾ S.o. Nr. 5515 (1458 Februar 21).

⁵⁾ Diesen Vorwurf, wonach Blumenau Hz. Sigismund von der richtigen Einschätzung seines Zustands als Exkommuniziertem abgebracht habe, formulierte auch NvK; s.o. Nr. 6289 Z. 29-33.

⁶⁾ S.o. Nr. 6222 (1460 Mai 19).

⁷⁾ S.o. Nr. 6265 (1460 Juli 14).

⁸⁾ Zum Konistorium vom 4. August 1460 s.o. Nr. 6278.

⁹⁾ Vgl. die Liste der Kleriker, die der Appellation beigetreten sind; s.o. Nr. 6265.

¹⁰⁾ S. die Supplik des NvK Nr. 6279.

¹¹⁾ Kard. Pietro Barbo.

¹²⁾ Die Wirksamkeit eines Interdicts konnte jedoch durch eine Appellation suspendiert werden; s.o. Nr. 5419 Anm. 4.